



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nucleus Juris Canonici

Thenhaven, Bernhard

Coloniæ Agrippinæ, 1739

XXIII. De Solutionibus. D. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63382](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63382)

XXII.
facien-
tus mu-
det, v.g.
preium
primam
nnio, se
cipiendo
icaciter
ura op-
fidejus-
no si ex-
gio S.C.
rtioratu-
at, tene-
it intro-
n mulie-
blicum
nt; alias
i de pri-
uod ne-
us fium.
Nam i-
n prohi-
tur, qua-
n mulie-
s, etiam
liberam
enderet,
do alie-
m obli-
gata

DE SOLUT. DONAT. ET PECUL. CLERIC. 435
gatæ mulieri succurrere voluit, non do-
nanti; quia facilius se mulier obligat, quam
alicui donat, ob innatam tenacitatem
& avaritiam, ait J. C. apud Engel b.t. n.8.
Vide Nucl. Theol. Exam. 8. n.5. §.1.

TITULUS XXIII. XXIV. & XXV.

*De Solutionibus, Donationibus, & Pe-
culio Clericorum.*

1. DE SOLUTIONIBUS b.t. c. 1. statuitur:
„Sicut filius debita Patris, ita Præ-
latus sui Prædecessoris pro necessitate
„Ecclesiæ contracta tenetur persolvere.
„Et C. 2. Firmiter inhibetur, ne quis præ-
sumat, Ecclesiam sibi commissam pro
„alienis gravare debitum aut obligari; si
„secus fuerit attentatum, ad solutionem
„talium debitorum Ecclesiæ non tenean-
„tur. Unde quamvis hæres teneatur sol-
vere omnia debita defuncti qualitercum-
que contracta, quia universum jus à de-
functo consequitur, cuius personam re-
presentat; successor tamen in beneficio
non tenetur, nisi ad illa, quæ sunt con-
tracta pro Ecclesiæ necessitate, (estò in
ejus utilitatem reipsa non fuissent versa)
quia ab ea beneficium accepit. Ita Wagn.
ad c. 1. b.t.

2. C. 3. „Odoardus Clericus ob inopiam
Ec 2 „de-